

11/11/76

11/11/76

Handwritten text in a cursive script, likely a historical record or manuscript, written on aged, yellowed paper. The text is oriented vertically and appears to be a list or series of entries, possibly names or dates, though the specific characters are difficult to decipher due to the cursive style and fading.

BX1749
.V5
1728-1743
v.5
c.1



1080044477

R. P. M.
FR. EMMANUELIS
DE VILLARROEL

PINTIANI,
MONACHI BENEDICTINI

LAURENSANENSIS,
THEOLOGIE DOCTORIS,
SACRARUM LITERARUM INTERPRETIS,

A C
CONGREGATIONIS
VALLISOLETANÆ
CONCIONATORIS GENERALIS,

IN SACRAS
TAUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS
PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,
ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM
LITERALIUM
TOMUS QUINTUS.

SECUNDA EDITIO.



CUM PRIVILEGIO:



Matriti: Ex OFFICINA apud Hæredes Francisci del Hierro. Anno Domini
M.DCC.XXXV.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA DE LA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
7/2/83

MICROFILMADO

46384

R. P. M.
FR. EMMANUEL DE VILLARROEL
DE VILLARROEL
PINTIANI
MONACHI BENEDICTINI
LITTERARUM
SACRARUM LITTERARUM INTPRIS
CONGREGATIONIS
VALENTINAE
IN SACRAS
TALUTOLOGIAS
CUM ILLUSTRATIONIBUS
PNEGYRIS ANAGORIS TROLOGICIS
ET POLITICIS
COMMENTARIORUM
LITTERARUM
TOMUS QUINTUS
SECUNDA EDITIO



NICKOLITMADO
 BIBLIOTHECA REGIAE HISPANICAE
 MUSEI HISTORICO-NATURALIS
 MUSEI HISTORICO-NATURALIS
 MUSEI HISTORICO-NATURALIS

M.DCC.LXXVII

EXCELENTISSIMO DOMINO
D. ANTONIO GASPARI
 ALVAREZ OSSORIO MOSCOSO MESIA
 DAVILA ET GUZMAN,
MARCHIONI DE ASTORGA,
 de Belada, de Leganès, de San Romàn, de
 Ayamonte, de Almazan, de Poza, & Villaman-
 rique, Duci de S. Lucar-lamaior, Comiti de
 Altamira, de Trastamara, de Santa Martha, de
 Nieva, de Lodosa, de Montagudo & Azarcol-
 lar, maiori Signifero magni Vexilli, Vulgò de la
 Divisa, Regioque Supremo Custodi, Ecclesiæ
 Legionensis Canonico, perpetuo Governatori
 Regiarum Domuum del Buen-Retiro & Va-
 cia-madrid, à Catholici Regis secreto
 cubiculo, Hispaniarumque
 Magnati, &c.

Fr. Emmanuel de Villarroel, Benedictinus. S.P.V.



HAUD tua, sed mea (inclite Princeps) interest huiuscè
 gratitudinis nobile obsequium, & observantiæ me-
 ditatum studium; cum de me præclare & egregiè
 meritus, nonnunquam præstiteris liberaliter offi-
 cium. Non ab ærato corde quod donum, donum;
 sed tui memorià duntaxat laboris præmium, red-
 dente animo benevolentia debita, coram creditrice
 iam pridem sospita gratià. Scit, cui donem lepidè, glo-

riante novum libellum; quia possis occurrere, animo perniciousiter præcurrenti:
 tando nec quanti, inventus, priusquam occurreres: etenim si mihi potestas, ex
 cunctis Principibus eligendi auspitem; sine potestate te semper unum eli-
 gerem.

*Quo nihil maius; meliusve terris
 Fata donavere, bonique Divi;*

Nec

Ansoni
Edyl.
Horat. 4.
Carm. Ode
2. v. 37.

Nec dabunt, quāvis redeant in aurum

Tempora prisca.

Encomia nobilitatis inter Magnates ingrata, quippe communia. Quid tibi non singulare? Quid quoddam ex fascibus orientur fasces, ex Consulibus Consules, ex Principibus Principes, Hispaniæ & orbis Primores? Ne degener feceris, devians à radice præriositate ramus? Haud deficit alter præclariore prætio, quàm simili fronde scit virga metallo.

Convenit in unum

Quicquid in orbe fuit procerum; quibus auctor honoris;

Vel tu, vel genitor. Numerofo Consule Consul

Cingeris, & socios gaudes admittere patres.

Non est quoddam multa loquamur. Sat in familiarum commendationem, qui maior virtute, quàm eximio genere, generis familiarumque decus, Comes Sanctus. Hoc signatur caractere pro nomine Osorius Gutierrez, dominus de Villalobos, ac in Namarinis Septem Villarum, Laurentianensis Monasterij mei, è pulvere erecto munificus; quò ille, sepulchrumque eius gloriosum & marmore, & modo & gloria; quippe ab hinc novem sæculis ibi cadaver, verum manus incorrupta. Attendis ergo (Princeps gloriose) ad petram unde excisus. Si decus possit addi Divis, gestis adderes.

Nec enim de Caesaris actis

Ullum maius opus, quàm quoddam patet exitis buius;

Hic cuncta cunctorum stemmata, de Barbaris gloriola vexilla, virtutis trophæa, Heroum insignium in lignia; ut maior fulgeret heros, cunctorum honos.

Sola Priores

Quæ vincit, semperque prisca recentibus augeat

Cultibus, & nunquam finit à maioribus illis

Degenerare decus sublime: at ubique parentes

Exequat virtute nova, nec desinit unquam

Esse sui similis.

Monumenta petuntur illustria, multisque gemunt incudibus æra.

Deque alijs arios idem profeminat ar dor.

Magnum quidem, sed non summum: summum næ alijs, sed à te; cui soli inter tot generis commendabilia, singularis mirè gloria, quod illis ampliotem restitueres, quam acceperis. Laudes generosorum, decus mortuis. Vera spectabilis celsitudinis magnitudo, *Vida virtutis imago: ut fulgeret simul (Non omnibus datum est; sed illis,*

Quos æquas amavit

Jupiter, aut ardens exiit ad æthera virtus.)

Nobilitatis & humilitatis exemplar: Cur enim & tu solà & immortalis gloria non ducere, qua optimus quisque, virtutis premio? Cur ea non expecteres, cuius natura nihil habet præstantius, nihil quod magis expectat honestatem, laudem, dignitatem, decus? Decerpisti ex singulis virtutibus summitates, ut summus collectione fulgeres; unde aviditas indaturata

Claudian. de 4. Conf. Honor. v. 378.

Ovid. 15. Metam. fab. 51.

Draud. in Solin.

Politian. in Natic.

Eurip. in Hecul. fur. v. 357. Senec. de Tranquil. c. 15.

Virg. 6. Æn. v. 129.

Hieron. in Job. pref. 1. Elias Uvi. Ille. in Platarch. Pind. Olymp. Od. 1. v. 20.

Dotes

Notes alto sub pectore iungit:

Quo intuitu, inter Proceres spectatione meritum, non viger quidquam simile aut secundum.

Quæ mens, quæ pietas, quæ ducuntur vota, sequamur.

Nobilitas, si sola atque unica virtus; per habita, avitam vicisti virtutibus famam, speciosarum necdens sedulitate coronam, ut ceu fructus in te florent spectabiles, quæ in alijs velati flores: usuque pretiosiores acquiris, de quibus hæres. Vel in infantia victa ætas: nil in puero puerile: prævia virtus iam tenera informat venturis moribus ora: ita visis introspectisque indole, dotibus; haud alium, quàm fors vigil providè filium concessit, patet felicius in delictum elegisset.

Ingenium cæleste, suis velocius annis,

Surgit, ac virtus contigit ante diem.

Flos veterum, virtusque virorum: hos iuventutis, iuventusque clara nobilitatis. In ipso pueritia flore maturis moribus lubricam frenavit ætatem: & quod rarum bonum est, patre privatus, gravitatis factus est filius. Cupiditatem inimicam sapientiæ subiungavit, vitiorem blanda contempsit, superbia vana calcoavit: ita superatis excessibus, ante visus est de moribus dare Consulatum; ut virtutum desideria possimus provocare per munera. Probitatis (fecialis genitricis) non nutricius, sed alumnus; quali tecum nasceretur, quod ab alijs nec sudore plenè acquiritur. Convertit in te omnium ora post lumina, morum suavitas, status auctoritas, recta docilitas, circumspectionis maicestas, suavitatis sublimitas, providentiæ dexteritas, prudentiæ habitas, severitatis comitas, comitatis claritas, æquitatis severitas, celsitudinis humilitas, iudicij gravitas, modestiæ splendor, Primatum fulgor, Aulæ decor, memoria & amor, Regiæ honor; specimen fulgentissimum, spectabile ornamentum, spargens vel vultu civibus lumen, tuis singularem honorem.

Raris omnium

Petita votis contigit felicitas;

Quin singula hæc præstare, vix paucis licet;

Quæ cuncta summa in uno

Extare iam vident vel hi, qui nil vident.

Hinc apud Regum Regem, Regumque Ducem usque in adyta palatii gratia: quò sanè haud ingereris, sed avidè susciperis sanguine, virtute, iudicij commendatione. Habuit in sphaera munus ampliotem ambitum, & summa dexteritate splendor exilivit meritum. Dignitas, cum ad incognitum venit, donum est; cum ad expertum, meritum compensatio: quorum alter debitor iudicij, alter obnoxius favori. Opinione fulgentem honore subdeximus; ut gereret nomines, quam possederat meritis dignitatem. Pompa meritum est regale iudicium: ut illum magis æstimemur elegisse, quem cunctis dignum est approbare. In multa luce fortuna te posuit. Noscunt cuncti, quomodo te geris, cunctorum expectationi respondens: et si,

Man. 4. Afr. c. 1. v. 28.

Politian. d.

Ovid. 15. Art. v. 185.

Cassiodor. Variar. 1.

Bocchi. Symb. 2. 21.

Cassiod. d. 1. 12. c. 13.

Pre-

Mantuan.
Parthen. v.
119.

—*Pretium sibi solaque latè
Fortuna securâ nitet, nec fascibus ullis*

Erigitur, plausuque petit clarescere vulgi.

Non potest dici in felicitate fortuna, quam longe explodunt & exulem di-
cant merita. *Masora deinde officia te excipient, & ex alijs alia. Quippini? Sem-*
per magistratu celsior, in alios temperatus, in te severus, sine contemptu facilis, sine
terrore reverendus. Quid ultra, si non plus? Virâ comite, plus ultro. Esto in-
nocentiae templum, temperantiae sacrarium, ara iustitiae. Munusculum si ex tua
dignitate perexiguum, ex animo nostro magnum. Nil pretiosius habemus;
quod autem habeo, hoc tibi do.

*Felix & longâ inveniis dignissime vitâ,
Eximiumque tuæ gentis decus, accipe nostris
Certus ut hoc veri complectere pignus amoris,
Quod si digna tua minus est mea pagina laudis;
At voluisse sat est: animum, non opera iactos.*

VIVE FELIX.

Lucan. in
Pison. à v.
211.

CENSURA RR.P.M.Fr. IOANNIS BAPTISTÆ LARDITO, SACRÆ THEO-
logiæ in Universitate Salmanticensi Primarij Antecessoris, Archi-Diœceseos Tolitane
Examinatoris, Benedictinæ Religionis, iam pridem Generalis.

Reverendissimo præscribente Congregationis Benedictinæ per Hispaniam, & An-
gliam Generali dignissimo P. Mag. Fr. Benedicto Pañelles, totum quintum
Tautologiarum à RR.P.M.Fr. Emanuele de Villarroel, eiusdem Congrega-
tionis Generali Concionatore, Doctore Theologo, Toletani Archiepiscopa-
tus Synodali Examinatore, elaboratum. Vidi (inquam) ac subito perterriti virgâ non
indigere censoriâ, sed Encomiaste, quoniam Author ubique notissimus ob præclara vo-
lumina in uberem Reip. literariæ profectum typis mandata, ac summa aviditate quaesita,
suo utitur testimonio, non alieno suffragio. His enim sibi vestigalem fecit eruditionem,
rerum copiam, in dicendis facilitatem, in exponendis elegantiam, in probandis ac-
men, in erroribus confutandis energiam, & ad mores instruendos uberimam segetem:
Iovis omnia plena.

Crediderim ego, ac facile crederet quisquis non perfectoriè hæc scripta lustrave-
rit, Authoris acumen acum in hoc opere imitasse, quo subtilem solum ducens pretio-
sissimas telas argenteis eloquentiæ filis contextas in Ecclesiæ reposuisse thesaurum, ex
quo profectores sacri pro munere suo extrahentes suas locupletarent declamationes, ad
vitia eradicaanda, virtutesque promovendas ornarent discursus.

In toto opere sæpe ardua Theologiæ asserta, non quidem dialectica methodo, sed
stilo expository, evolvit, & expedit. Difficillimas Scripturæ quaestiones intexit, &
dissolvit. Sacratioris Divinitatis dogmata, politiciori humanitate reterta diligenter colli-
git, ubique mentem, & mores instruit, ubique Ecclesiæ campum nitro eloquentiæ
flumine irrigat, ac semper varium plus micat artis opus. Si ex ungue cognoscitur Leo,
facile ex quatuor præcedentibus voluminibus, omnibus suis numeris absolutis, ac per
orbem literarium non sine plausu vagantibus, deprehendi potest quantum in quinto
materiam superabit opus, cumque (teste Hieronymo) *in primis partibus vincat, in ulti-*
mis se ipsum superat, & quasi novum Colophonem addens vicat ut vinceret, quoniam
in primis

Grandia pollicitus, quinto maiora dedit.
Non deerit fortasse inter maleferiata hominum genia, & ingenia, cui humanæ literæ,
Poëtarum copia, ex prophanis doctrinis allegationes, aliæque Philosophorum monu-
menta, ad sacra confirmanda dogmata non arideant, sed varia sunt hominum ingenia,
& sensus.

Mille hominum species, & rerum discolor usus.
Velle suam cuique est, nec voto vivitur uno.

Prophana famulari sacris quis dubitet? Eruditionem videri, & esse scientiarum omnium
condimentum, & ornamentum quis inficiabitur? Nec oportet severioris sapientiæ do-
gnata veluti ruda, agrestia, aut indigesta proponere, nam eruditionis flores in fru-
ctus suaviores erumpunt. Eadem est arbor ætate, & hyeme, sed hyeme rudis, sterilis, &
indecora; ætate verò vestita fronde, & floribus in fructus suaviores turgescens, & visu
delectabilis, & palato dulcis, apparet. Profecto licuit Ethnicis Scriptoribus plurima ex
sacris Oraculis usurpare, nam Tertuliano teste, *quis Poëtarum, quis Sophistarum, qui*
non omnino de Prophetarum fonte pot averit! Ergo licebit potiori iure sacro interpre-
ti plures ex humanis disciplinis libare flores, severiorique doctrinæ apte, & opportunè
inferere, ut lucundiores maturescant in fructus, ac diviniore utiliter famulentur do-
ctrinæ. Prodeat ergo opus, cedro dignum, pium, eruditum, & doctum, ac à fidei regulis,
nihil devians in communem Catholicæ ac literariæ Reip. utilitatem. Sic sentio ex anti-
qui sensu in hoc S. Martini Matritensis Cœnobio die 1. Decemb. anno 1720. Salvo, &c.
M. Fr. Ioannes Baptista Lardito.

—**FACULTAS ORDINIS.**—

NOS Magister Fr. Benedictus Pañelles Congregationis S. Benedicti Hispaniæ, & Angliæ Generalis, &c.
ut quintus tomos *Commentariorum literarum in Sacra Scripturæ Tautologias* clucubratus à R. P. M.
Fr. Emanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, Sacrarum Literarum Interpretæ, & nostræ Con-
gregationis Generali Concionatore, quoniam à Viris doctis (quibus illum examinandum commissimus)
recognitus, & approbatus, typis mandari & in lucem prodere valeat, quantum ad nos attinet, tenore præ-
sentium sigillo nostro, & subscriptione munitarum, facultatem concedimus, in nostro S. Martini Matritensis
Cœnobio, Prædicto idus Iulij ann. 1719.

Magister Fr. Benedictus Pañelles,
General. Congreg. S. Benedicti.

Magister F. Benedictus Lopez de Sedano,
Secretarius.

Tom. V.

99

CEN

CEN

Virg. Ecl. 31

Corn. Gall.
Eleg. 1.
Hier. Epist.
13. ad Paul.
Mon.

Perf. Sat. 51

Tertul. in
Apol. c. 47.